



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

8. Novembris. 5. Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

& jejunium gratiam promeretur o- Oratio  
randi. Jejunium orationem roborat, & jeju-  
num. oratio sanctificat jejunium, & Domi-  
no repræsentat.



## 8. Novembris. 5. Idus.

B. GOSBERTE, Monasterii Hem- Obiit  
menrodensis Converse: qui juxta anno  
consuetam aurei illius seculi felicita- 1284.  
tem, post placidum inter preces ago-  
nem piè obdormisti, sed feretro jam  
parato in vitam revocatus ad multo-  
rum utilissimam instructionem triduo In vita  
supervixisti. Quo tempore cùm om- revoca-  
nes à te avidè cognoscere cuperent, tur ad  
quid in altero orbe spectaveris, nemi- suorum  
nem dimisisti sinè singulari documen- instru-  
to; id universim seriò inculcans; ut  
immensam illam in cœlo paratam  
mercedem nunquam è memoria di-  
mitterent: sic enim nec vigilias nec a-  
lium Ordinis rigorem iis gravem fore:  
sic futuros perpetuo liberos à discipli-  
næ regularis peste, quām sævissimam  
affirmabas esse, torporem in obsequio  
Divino, & incuriam legum, quas ali-  
qui inter minimas ineptè numerant:  
nihil enim parvum esse, quo D E U S  
vel offenditur, vel honoratur. Inter

Q q7 hæc pia

374 ANNI CISTERCIENS.

hæc pia colloquia consumpto triduo,  
ad notas jam sedes iter relegisti. Or-  
tionibus tuis me juva, ut hæc monita cor-  
di meo bene imprimam, & juxta illa diri-  
gam actiones meas.

**Floruit** B. A D A M E, Abbas Persenæ, qui  
**anno** ob insignem eruditionem sanctimonii  
**1190.** æ junctam non solum Romæ, sed pa-  
sum apud terræ principes celebri au-  
thoritate pollebas. Inter hos erat Ma-  
ria Comitissa Campaniæ; filia, soror,  
& Mater Regum Galliæ: quæ cùm  
transactis aliquot viduitatis annis ho-  
ram supremam instare cerneret, te-  
**Triste** tanquam in illo temporis articulo u-  
**Funus** nicum solatum accersiri jussit. Sed  
**tante** famulorum perfidiâ contigit, ut vita,  
**Princi-** fortunis, imo & vestibus spoliata in-  
**pis.** veneris: & non indigno gemitu to-  
tum orbem ad tam lugubre spectacu-  
lum invitaveris, ut videret in hoc sum-  
mæ originis & fortunæ ad summam  
ignominiam dejecto cadavere consue-  
tum mundanæ gloriae finem. Discam  
& ego execrari, quidquid carni blandi-  
tur, & quidquid illam crucidas animo  
generoso amplecti. Quam amara est illa  
separatio à divitijs ac delicijs, quam dulcis  
transitus paupertatis ad cœli thesauros!



S. BER.

S. BERNARDUS, s. s. de Nat.

Non consolatur Christi infantia gar- Paupe-  
rulos, non consolantur Christi lacry- rum, &  
ma cachinnantes, non consolantur um cō- humili-  
panni ejus ambulantes in stolis, non solatio  
consolantur præsepe & stabulum a- Chri-  
stus est.  
mantes primas cathedras in sinagogis:  
sed æquanimiter forè universam  
hanc consolationem expectantibus in  
silentio Dominum, lugentibus, panno-  
sis, pauperibus cedere videbuntur.



9. Novembris. 5. Idus.

BENEDICTUS NICOLAE, Converse Villarien- Floruit  
sis: qui veluti corpore pusillus & circa  
fuscus eras, ita animo candido & san- annum  
ctinonia magnus. Utramque hanc 1301.  
dotem à simplici obedientia habuisti:  
per annos enim 40. dum opinionem e-  
gisti, non aetiones duntaxat, sed & co- Obedio  
gitationes illa sola moderabatur. Et entia  
ne in piis etiam exercitiis aliquid po- singu-  
testatis sibi arrogaret propria volun- laris &  
tas, à Superioribus obtinuisti manda- mator.  
tum, ut toto vitæ spatio semel tan-  
tum vesperi pauxillo cibo te reficeres,  
& aspernum cingulum nunquam  
deponeres.